

## 5

Ἡ διοίκησις Χάνδαχος αίτεῖται πίστωσιν 200 ὑπερπύρων πρὸς ἐπισκευὴν τῆς στέγης τοῦ θόλου τῆς αἰθούσης τοῦ παλατίου Κρήτης καὶ ἑτέρων 200 ὑπερπύρων πρὸς ἐπισκευὴν τῆς οἰκίας συμβούλου.  
1384, Νοεμβρίου 19.

Fo 24<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVIII Nouembris.

Capta. Cum regimen nostrum Crete per eorum supplices et multiplicatas litteras instantissime scripserit quod illustre ducale dominium mandent et licentiam tribuat ei possendi expendere yperpera 200 que asserit expedire in fatiendo 5 construi et reparari tectum gaybe sale palacij Crete in quo jus redditur quia nisi illud cito aptetur et reparetur tota dicta gaiba destructur et corruet in maximum damnum nostri communis destruendo etiam soffitam sale predicte que transpluit et continue madefit. Preterea cum dictum regimen scribat et supplicet quod dominacio nostra dignetur eidem concedere quod possit expendere alia 10 yperpera 200 pro necessaria reparatione et aptatione domus castelli communis in qua habitat unus ex consiliarijs nostris Crete, quia dicta domus manifeste minatur ruinam, taliter quod in breuis ruitura est, nisi reparatione opportuna celeriter succurratur prout etiam plene nouit et asserit uir nobilis ser Leonardus Donato qui nuper fuit consiliarius ibi et habitabat in domo predicta; uadit pars ut ante 15 quam dictum palacium et predicta domus deteriorentur et requirant maiorem expensam ut scribit et consultit dictum regimen quod concedatur ei licentia possendi expendere tam in reparatione domus quam palacij simul yperpera 400 18 in totum.

## 6

Ἐπιβολὴ φορολογίας ἐπὶ τοῦ μεταφερομένου οἴνου ἐκ Κρήτης, Μεθώνης καὶ Κορώνης ἐντεῦθεν τῆς Ἀδριατικῆς, ἐκ δουκάτων δέκα δι' ἔκαστον βαρέλιον χωρητικότητος τριῶν βιγοντίων, 1384, Δεκεμβρίου 15.

Fo 26<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die xv Decembris.

Capta. Quia clare sentitur quod aliqui presumunt accipere monouaxias et alia uina de locis nostris insule Crete ac Coronō et Mothonō conducendo ea intra Culfum nostrum et deinde aportando alio quam Venecias quod redundat in 5 magnum et notabile dampnum nostri communis et ciuium nostrorum. Et super hoc sit oportunis remedij prouidendum pro bono et utilitate nostri communis ac nostrorum ciuium predictorum; uadit pars quod quicunque accipiet monouaxias uel alia uina de insula nostra Crete ac Coronō et Mothonō et conduceat illa intra Culfum pro conducendo ea alio quam Venecias soluat ducatos decem pro 10 qualibet buta trium bigoniorum et teneantur nostri rectores deinde accipere a predictis bonam et ydoneam plezariam de obseruando predicta. Et insuper tene-



antur ipsi rectores facere contralitteram predictis de quantitate uini et butarum oneratarum in partibus suorum regiminum, quam contralitteram debeant predicti presentare hic in Venetijs nostris officialibus datij uini. Et insuper ut non contrafiat huius nostre intencionis tantum utili ymo necessarie teneantur rectores predicti etiam scribere officialibus datij uini quantitatem uini et butarum oneratarum in partibus suorum regiminum et per quos fuerint onerate per alia nauigia uel personas interpositas ut commune nostrum uel rectores nostri ullo modo non decipientur. Illi uero qui contrafecerint cadant de L pro centenario ualoris sui in quo fuerit contrafactus. Et si fuerit accusator per quem ueritas habeatur habeat tercium et alie due partes ueniant in commune. Et hoc scribatur et committatur omnibus nostris rectoribus insule Crete et Coroni et Mothoni et capitaneo nostro Culfi et addatur in commissionibus futurorum. Qui rectores nostri et capitanei presentes et futuri, qui inuenient contrafacentes habeant tercium si non fuerit accusator, et alie due partes ueniant in commune. Si uero fuerit accusator habent tercium, accusator tercium et commune reliquum. 15  
20  
25

## 7

Περὶ καθαριότητος Χάνδακος. Ἐπιβάλλεται πρόσθετος φορολογία ὑπερπύρων δύο δι' ἔκαστον βαρέλιον τῶν τριῶν βιγοντίων ἔξαγομένου οἴνου καὶ ὑπέρτυχα δύο δι' ἔκαστην χιλιάδα τυροῦ, διὰ τὴν καθαριότητα καὶ τὸν ἔξωραϊσμὸν τοῦ Χάνδακος καὶ τὴν ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος. 1384,  
Δεκεμβρίου 15.

F<sup>o</sup> 26<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LXXXIII, die xv Decembris. 1

Cum in ciuitate nostra Candide sint multiplicate multe et infinite immondicie uel coprehee et quotidie multiplicantur que prout omnibus est manifestum sunt maxima causa faciendi amonire uel atterrare portum nostrum terre predicte. Et etiam ciuitas nostra predicta propter illas immondicias uel copreheas non est ita bene sana et super hoc sit omnino necessarium ad prouidendum pro bono dicti portus et terre nostre pro teuendo ipsum in ordinem ne atterretur quod esset maximum damnum nostrum, ac nostrorum ciuium Candide et differendo ne celeriter prouideatur super hoc in breui spacio temporis requireret maiorem expensam quam nunc et etiam ut ciuitas nostra predicta sit bene sana; uadit pars quod scribatur et precipiatur duche et consiliarijs Crete quod cum omni sollicitudine et diligentia debeant facere netari dictas immondicias uel coprehas et ipsas facere portari extra ciuitatem nostram predictam in illo loco, qui maiori parti eorum melior et utilior uidebitur. Et ut amplius non incurratur in istis inconueniencijs debeant et teneantur predicti ducha et consiliarij deputare aliquos qui debeant omni ebdomada semel administrus netare terram nostram supra-

